

www.e-rara.ch

Novum florilegium poeticum, ordine alphabetico digestum

Lagnier, Pierre

Tiguri, 1664

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13810>

L.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
 Utilium tardus provisor, prodigus æris,
 Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernix. *Horat.*

✕ **A**ccensa exardens flammata libidine pectus,
 Labitur in cunctum prona juvena nefas. *Andrel.*

✕ **M**ente senex esto, docili florente juvena:
 Non fucō unguē tuas, sed ratione, comas. *Anon.*

✕ **D**ilige virtutes prima florente juvena,
 In senio si vis ut tibi detur honos. *Anon.*

Ne sine fruge sinas tempus, vel abire juventam,
 Non eadem remeant ut periere semel. *Anon.*

Tempus abit rapidā, pueri, properantius undā;
 Tradite doctrinis otia cuncta bonis. *Anon.*

In senio quicumque cupis præclarus haberi,
 Fac juvenis studeas artibus usque bonis. *Anon.*

Si tibi grata quies, Juvenis, ne parce labori.
 Dux ad honoratam est homini labor ipse quietem. *Anon.*

Præcipites juvenum dementia subruit ubes:
 Cuius consilio constabilita senum est. *Verinus.*

L.

Labor.

✕ **A**siduos Deus ipse juvat, verum odit inertes,
 Et sua dat nullis abique labore bona. *Anon.*

✕ **C**ertandum est, nulli veniunt sine Marte triumphi,
 Et nisi certanti nulla corona datur. *Manut.*

✕ **A**rtis origo labor, quem qui non ferre recusat,
 Præmia fert tandem digna labore suo. *Anon.*

✕ **M**agnus honos, magno plerumque labore paratur. *Av.*
 Te sine

TE sine te ditare Deus, possētque tueris;
Ut tamen & præstes vult opus ipse tuum. *Anon.*

Scilicet ingenii præceps furor in via rumpit
Improbis, & vincit maxima quæque labos. *Anon.*

Dum vires annique sinunt, toleratæ labores:
Jam veniet tacito curva senectæ pede. *Ovid.*

Venturæ memores jam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Discite, eunt anni more fluentis aquæ. *Idem.*

AT tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Utere, nam tardo labitur illa pede. *Tibull.*

————— **L**abor omnia vincit
Improbis, & duris urgens in rebus egestas. *Virg.*

X**N**E te pœniteat duros subiisse labores,
Aut operi insuetas attenuasse manus. *Tibull.*

Lacryma.

NAufragium nuper fecisti, desine flere,
Luctibus amissæ non reparantur opes.
Fœdasti vitiiis tua, Zoile, corda nefanda:
Hoc desle: lacrymæ pectora fœda lavant. *Pictorius.*

FLêque meos casus, est quædam flere voluptas:
Expletur lacrymis, egeriturque dolor. *Ovid.*

ET lacrymæ profunt, lacrymis adamanta movebis. *Idem.*

Quidque facis? lacrymis opus est, non sanguine, dixit:
Sæpe per has flecti Principis ira solet. *Idem.*

VOs, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum. *Horat.*

Laus.

X**S**I quem laudâris, parèd laudar e memento:
Crimina culpato parciùs ipsa tamen. *Ovidius.*

OMne genus laudis turpi vilescit in ore:
Vera boni & docti laus solet esse viri. *Idem.*

Nec tua laudabis, nec facta aliena reprendes:
Non satis est, alter si sua facta canit. *Idem.*

LAus vera in Dominum depromitur ore precantis,
Si, quæ voce fluunt, intima cordis habent.

Non prodest cuiquam solis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat,
Nam fari rectè miserum est, & vivere pravè,
Damnat nota malum regula justitiæ. *Anon.*

OMniapost obitum fingit majora vetustas;
Majus ab exequiis nomen in ora venit. *Propert.*

Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mori
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Fallimur, & quondam non dignum tradimus. Ergo,
Quem sua culpa premit, deceptus omitte tueri. *Horat.*

Lex.

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat?
Aut ubi paupertas vincere nulla potest? *Petron.*

Condidimus leges quàm multas? quàm propè nullas?
Nam si servatur nulla, quid ulla valet?

Ut leges serventur, adhuc lex unica fiat:
Hæc citò facta foret lex, citò fracta foret. *Ovvenus.*

Moribus ex pravis lex præstantissima nata est.
Ipse Deus vitæ regula cetera bonis. *Anon.*

Asummo lex lata Deo est, quâ quisque videre t
Peccatum, errorémque suum, & se nosceret ipsum:

Quò magis arderent lucem, Christi que sitirent
Adventum, foedas maculas qui tolleret ipsis. *Borben.*

Index peccati lex est plectenda vetando,

Quæ nisi cor mundet, spiritus interimmit.
Nullus enim est insons sola formidine pœnæ,
Qui sanctum & justum non a mat imperium.

Hunc tamen affectum non lex, sed gratia confert:
Quódque jubet legis littera, velle facit. *Anon.*

INde datæ leges, ne fortior omnia posses,
Cœptaque sunt purè tradita sacra coli.
Exiit feritas, armisque potentius æquum est,
Et cum civè pudet cōserviisse manum. *Ovid.*

Liberalitas.

QUod datur, æternùm durat, sequiturque datorem:
Dantem & caprantem, munus utrumq; juvat. *Oruven.*

PAuperis ad vocem facièm avertisse caveto:
Da, quod habes; præstes, quod tibi cunque licet. *An.*

EXtera pauperibus tua sit propensà juvandis:
Verbis, argento deficiente, juva. *Anon.*

VIr justus dat cuique suum, sed te dare oportet
Divitibusque suum, pauperibusque tuum. *Oruvenus.*

QUas inopi & dulci lætus donabis amico,
Temporibus nullis eripientur opes. *Idem.*

ILle Deo similis, qui dat bene munera lætus:
Qui repetit fœnus, fœnoris officio est. *Idem.*

NUllum majus erit lucrum, quàm pascere egenos:
Fœnore nam grandi centupla dona ferēs. *Idem.*

QUas Christi causà miseris donabis egenis,
In cœlo æternas conciliabis opes.

MUnera si gratis dederis, si lætus amicis,
Tollet divitias has tibi nulla dies. *Idem.*

EXtra fortunam est, quicquid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes. *Mart.*

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas:
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat populis undare Penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.

Præcepta illa manus fluuios superabat Iberos,
Aurea dona vomens. — *Claud de Probo.*

Libertas.

SI felix est qui, quæ vult, habet omnia, quare
Velle solent homines, quæ voluisse dolent?
Virtus libertas est optima, maxima; solus
Ille potest ut vult vivere, qui bene vult. *Ovvenus.*

* LIBERTAS nulla est melior, majorve potestas,
Quàm servire Deo, cui bene servit amor. *Anon.*

Libertas loquendi.

LIBERTAS, infanda loqui, tibi sola videtur:
Libera lingua sat est, cui tacuisse licet. *Ovvenus.*

Liberum arbitrium.

ARBITRII, pro quo jam in partes scinditur orbis,
Vir libertatem perdidit, uxor habet. *Ovvenus.*

Libido.

SED quia cæcus inest vitiis amor, omne futurum
Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum:
Et ruit in vetitum damni secura libido. *Claud.*

SUBTRAHE ligna foco, si vis extinguere flammam;
Si carnis motus, otia, vina, dapes. *Anon.*

IN reliquis vitiis sequitur victoria pugnam,
Vincitur & celeri sæva libido fugâ.
Regius huic cessit vates, huic filius, atque
Huic Samson: fortis, vir pius, & sapiens.
His cum nec sophia, nec sis pietate, nec æquus
Viribus, arripies, si sapias, ipse fugam.
Nemo etenim, nisi qui metuet, fugietque periculum
Totus ab hac poterit vivere peste diu. *Anon.*

Libri.

* EGREGIOS cumulare libros præclara supellex:
Ast unum utilius voluere sæpe librum. *Ovvenus.*

Licentia

Licentia.

QUod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit
(*Ovid.*)

CUi peccare licet, peccat minus. Ipsa potestas
Semina nequitiae languidiora facit.

Nitimur in ventum semper, cupimusque negata:
Sic interdictis imminet æger aquis. *Idem.*

— — — SEd comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat, mentemque domet respectus honesti, *Claud.*

Lingua.

TUrpe reos emtâ miseros defendere linguâ,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes. *Ovid.*

QUid melius linguâ? linguâ quid pejus eadem?
Tristia cum dulci toxica melle gerit. *Andrel.*

HUmano membrum non est in corpore linguâ
Nobiliusve bonâ, mobiliusve malâ. *Ovvenus.*

FAc linguam frenes, pauca, & meditata loquaris.
Garrula peccatum non bene lingua cavet. *Chytraus.*

LIngua dolis instructa mucrone nocentior ipso est,

NObile lingua donum, quæ fari in tempore novit:
At quæ non novit, nobile lingua malum, *Borbon.*

ANtè locuturus quidnam sis, mente voluta,
Præcurrat mentem ne tua lingua tuam. *Anon.*

PRofuit arcanis posuisse sigilla tacendis:
Lingua magis rebus scrinia fida petit. *Luscinius.*

NE temere juret, ne unquam mendacia promat,
Turpia ne dictu dicat mea lingua, cavebo. *Anon.*

Lites.

X Jurgia cum charo non exercebis amico,
Ne simul intereat conciliatus amor. *Anon.*

Lites

Lites dilectos nullæ sint inter amicos;
Occultæ nutritis inimicitia est. *Anon.*

Loquacitas.

Vis sapiens dici, raró & meditata loquare:
Sæpe loquax verbis proditur ipse suis, *Ovenus.*

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:
At contrà gravis est culpa, tacenda loqui. *Ovid.*

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est. *Horat.*

Sermones crebri morum sunt signa malorum:
Nam quid opus verbis est, ubi facta vides? *Ovenus.*

Omnibus in vitiis, quæ nos afflavit Erynnis,
Turpius est stultâ garrulitate nihil.
Linguam unam natura dedit: quam duplici valla
Labrorum, ac crebris dentibus occulit.

Aures attribuit geminas, patulasque reliquit,
Audire ut possis plurima, pauca loqui.
Fœminei est animi virtus, linguæque supellex
Immodicis semper fundere verba modis,
Auribus utamur linguâ magis, auribus ille
Plus peccat, qui non sæpe silenda silet. *Neuhuf.*

Quando loqui deceat, quando deceâtque tacere,
Prudentem tacitâ mente notare decet. *Anon.*

Si cupis in placida vitam traducere pace,
Auribus accipias multa, loquare parùm. *Anon.*

Ut nos pauca loqui, plura autem audire moneret,
Linguam unam natura, duas dedit omnibus aures. *Mur.*

Lucrum.

Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Unguenta, & corium. Lucri bonus est odor ex re
Qualibet. — *Iuvenal.*

Injustum majora affert dispendia lucrum:
Hinc rapitur vestis, perditur inde fides. *Anon.*

Acci-

Accipe, quàm primùm brevis est occasio lucri. *Anon.*

Immensos nullus nummùm congefſit acervos,
Quisquis neglexit lucra minuta priùs. *Anon.*

Lucra petens habili tauros adjungit aratro,
Et durum terræ ruſticus urget opus.
Lucra petituros freta pérque patentia ventis
Ducunt inſtabiles fýdera certa rates. *Tibull.*

Lufus.

Tunc ſumus incauti, ſtudióque aperimur ab ipſo,
Nudáque per luſus pectorá noſtra patent,
Ira ſubit deforme malum, lucríque cupido,
Jurgiáque, & rixæ, ſollicitúsque dolor,
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther,
Invocat iratos & ſibi quiſque deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur,
Et lacrymis vidi ſæpe madere genas. *Ovid.*

Alea dat rixa, pugnam, perjuriam cædes,
Affert pauperiem, divitiásque fugat. *Anon.*

Filia avaritiæ, nutrix eſt alea furti,
Peſtis amicitia, triſte furoris opus. *Borbon.*

Luxuria.

Luxuries, præ dulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Membráque Circae is effœminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, ſed quâ non tetrior ullæ
Interius fucata genas, & amiſta dolofis
Illecebris, torvas aut circumligat hydras.
Illa voluptatum multos innexuit hamis. *Claud.*

Ne vel ſpurca libido, vel inſatiabilis alvus
Imperet, enitar, ne turpis inertia vincat. *Anon.*

Qui fragilem longè cupimus producere vitam,
Luxuriâ vitæ cur breviamus iter?

Nolu.

Nolumus, & volumus produci tempora vitæ;
Nolumus á nobis, malumus à Medicis. *Ovventus.*

✠ Nil lethale magis, quàm luxu perdere mores:
Hæc pestis juvenum est sævior ingeniis. *Idem.*

✠ Non mare, non aër, non tellus, denique cuncta
Sufficiunt nostræ vix elementa gulæ.

— — — O prodiga rerum

Luxuries, nunquam parvo contenta paratu;
Et quæditorum terrâ, pelagóque ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.
Discite, quàm parvo liceat producere vitam. *Lucan.*

M.

Magorum stella.

✠ Stella Mathematicis incognita, duxit euntes
Ad Christum magnos ex Oriente Magos,
Invenere Magi Dominum duce fidere fido;
Ad Christum ducat me, mea Stella, Fides. *Ovventus.*

Mala. Malus. Malitia.

Sive locum specto, locus est inamabilis, & quo
Esse potest toto tristius orbe nihil:
Sive homines, vix sunt homines hoc nomine digni,
Quàmque lupi sævæ plus feritatis habent,
Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum,
Victâque pugnaci jura sub ense jacent. *Ovid.*

INvidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeò ferus est, ut non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem. *Horat.*

SI duo concurrunt mala, nec spes ulla cavendi,
Elige quod minus est, effuge grande magis. *Anon.*
Medi